

1597 settembre 3, Brescia.

Il canonico Fausto Melario, vicario generale del vescovo di Brescia Marino Giorgi, a nome del vescovo, viste le investiture feudali fatte fino al presente e confermando gli antichi diritti feudali dell'Episcopato di Brescia, investe Andrea Godino, procuratore del Comune di Quinzano, del feudo onorabile nobile e antico dell'Episcopato di Brescia sulla terra e territorio di Quinzano.

Quinzano - Archivio Comunale: Pergamene, n. 27 (notaio Camillo Guidi).

Ed.: inedito.

(trascr.: T.C., 06.2007)

IN xpisti Nomine Amen. Anno ab eiusdem Natiuitate Millesimo quingentesimo Nonagesimo¹ | sep<t>imo Indictione decima die uero Tertio septembris Pontificatus Sanctissimi. Domini Nostri. Domini Clementis diuina. ² | prouidentia papæ octauo anno sexto. Illustris. et admodum Reuerendus Dominus Faustus Melarius Iuris. Vtriusque. Doctor. canonicus. ³ | Ecclesiæ Brixiensis., in Episcopatu Brixia Illustrissimi, et Reuerendissimi. in xpisto patris, et Domini Domini Marini Georgij Dei, et ⁴ | apostolicæ sedis gratia Episcopi Brixia, Ducis, Marchionis, et comitis, et In spiritualibus, et temporalibus ⁵ | Vicarius. generalis, habens etiam ad Infrascripta spetiale mandatum: Instrumento rogato per me cancellarium. Infrascriptum ⁶ | sub die 17 Decembris proxime. præteriti. visis pluribus Inuestituris feudalibus usque modo factis ⁷ | et postremo sub die 7 mensis martij 1587. Instrumento etiam rogato per me cancellarium. Infrascriptum. Conti-⁸nuando, corroborando, et confirmando Iura antiquitus feudalialia dicti Episcopatus, per annulum aureum ⁹ | quem in suis tenebat manibus, nomine, et vice præfati Illustrissimi. Domini. Episcopi, Inuestiuit in feudum honorabile., ¹⁰ | et antiquum, ac Iure feudi, honorabilis, et antiqui dicti Episcopatus dominum. Andream de Godinis uiatorem, [?] et ¹¹ | procuratorem Comunis, et hominum de quintiano, ex instrumento sui mandati. specialis rogato. per dominum. scipionem ¹² | gandinum notarium dictæ Terræ sub die^a et dicto procuratorio nomine agente ¹³ | pro dictis comuni, et hominibus Nominatim de feudo Nobili, et antiquo dicti Episcopatus In terra, ¹⁴ | et Territorio de Quinzano, ac in homines ipsius comunis de Quintiano masculos, et legitime descendentes. ¹⁵ | tamquam de re antiquitus feudali dicti Episcopatus tali modo, et ordine præfatus Illustris. et Reuerendus. Dominus. vicarius. fecit hanc ¹⁶ | Inuestituram, quam præfati comune, et homines, et eius heredes, et successores ex eo perpetuo descendentes masculi ¹⁷ | tantum habeant, teneant, gaudeant, et possideant dicta bona feudalialia, ac de eis^b faciant, et facere possint, ¹⁸ | prout facere licet, de huiusmodi rebus feudalibus dicti Episcopatus cum omnibus, et singulis Iuribus spec-¹⁹tantibus, et pertinentibus. eijsdem rebus feudalibus, tam de Iure quam de consuetudine. Hoc semper saluo, pro-²⁰testato, et declarato per præfatum Illustrem et Reuerendum Dominum. vicarium agentem utsupra. quod prædicti comune, et homines non ²¹ | Intelligentur, neque sint Inuestiti de aliquibus bonis, Iuribus, uel honoribus, de quibus præfatus ²² | Illustrissimus. Dominus. Episcopus, uel Episcopatus Brixia esset in possessione, uel quasi, seu quæ ad dictum Episcopatum de Iure ²³ | deuoluta essent, et dispositioni præfati Illustrissimi. Domini. Episcopi pertinerent, uel alia persona á dicto Episcopatu legitime ²⁴ | Inuestita, Quibus per hanc Inuestituram nullum sit, neque censeatur factum præiudicium. Quas res ²⁵ | feudales præfatus illustris et Reuerendus Dominus. vicarius. agens utsupra promissit perpetuo. legitime deffendere, et manutenere ²⁶ | ab omni contradicente persona comuni collegio, et uniuersitate, in omni lite, et causa expensis dicti ²⁷ | Episcopatus, et hoc quantum est pro dato, et facto tantum eiusdem Episcopatus, et non aliter, nec alio modo. Et ²⁸ | presentem inuestituram feudalem, omniaque, et singula suprascripta, et Infrascripta,

^a Spazio bianco nel ms.

^b Sottolineato nel ms.

præfatus *Illustris* et *Reuerendus Dominus* ²⁹| *vicarius*. promissit perpetuo, et *omni* tempore, habere, et tenere *firmum*, *ratum*, et *gratum*, ac *firma*, ³⁰| *rata*, et *grata*, *eaque* attendere, et obseruare, et in aliquo *non* contrafacere, nec *contrauenire* ³¹| aliqua *ratione*, *causa*, uel ingenio, de Iure, nec de facto, sub pena refectionis. *omnium*, et *singulorum* ³²| *damnorum* *expensarum*, et interesse litis, et *extra*. *dictis* inuestitis *Incurrenda*. sub *obligatione*. *omnium* ³³| *bonorum* *dicti* *Episcopatus* *presentium*, et *futurorum*; *omnique* alia Iuris, et facti renuntiatione pariter, et cau-³⁴|tella. pro cuius quidem muneris datione, et *præsentis* feudi, et inuestituræ recognitione ³⁵| *præfatus dominus*. Andreas agens *utsupra* Iurauit ad *Sancta*. Dei Euangelia in *manibus* *præfati* *Illustris* et *Reuerendi* ³⁶| *Domini*. *vicarij* Iuramentum defferentis fidelitatem debitam, Iuxta formam Iuramenti. fidelitatis vassal-³⁷|lorum *dicti* *Episcopatus*, quæ sic Incipit. Iuro Ego Andreas de Godinis procurator *comunis*, ³⁸| et *hominum* de Quintiano, quod a modo in antea erunt fideles vassalli *Illustrissimo*. *Domino* ³⁹| Marino Georgio *Episcopo*, suisque sucessoribus *Canonicæ* *Intrantibus*, et *Episcopatu* *brixia* ⁴⁰| contra *omnem* hominem, saluis fidelitatibus *priorum* *Dominorum*. et finit, ac quibuscumque alijs, quæ ⁴¹| *humanum* Iudicium peruertere consueuerunt. Quibus ita peractis *præfatus* *Illustris*, et *Reuerendus Dominus*. ⁴²| *vicarius*. agens *utsupra* recepit *dictos* *comune*, et homines in vassallos honorabiles. *dicti* *Episcopatus*. *super* ⁴³| quibus rogatus sum ego Camillus de guidis *Notarius*; et *Episcopalis* *cancellarius*. *publicum*. *Conficere* ⁴⁴| *Instrumentum*; *Acta* fuerunt hæc *Brixia* *In* *Episcopali* *pallatio*. Anno, Die, mense, *Indictione*, ⁴⁵| et pontificatu *suprascriptis*, *præsentibus* *Domino* petro de Trappis *ciue*, et habitatore *Brixia*, ⁴⁶| et *domino*. Ignatio de Bertolinis *senensi*. [?] *familiari* *præfati* *Illustris*, et *Reuerendi* *Domini*. *Vicarij* *Testibus*, ⁴⁷| ad hæc *specialiter* adhibitjs, et rogatis. ⁴⁸|

[SN] Ego Camillus de Guidis *ciuis* et *habitor*. *Brixie* *publicus*. *apostolica*. ⁴⁹| *auctoritate* *notarius* et *Episcopalis* *Cancellarius*. quia *præmissis* *rogatus*. *inter*-⁵⁰|*fui* Ideo in fidem solito mei *tabellionatus*. signo *apposito*. *subscripsi* *etc* ⁵¹||